



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

73. Tria in oratione petenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

**I**n pia Christiadūm livore rosaria frendens,  
Tres decades docuit, tres globulosque dedit.

(a) Simius ille Dei est : hoc sine tenebrio nonne  
Mentitur Trino velle placere Deo ?

(a) Diabolus, inquit Tertull. Dei opt. Max. Simia est.

### S Y M B O L U M 73.

*Tria in oratione petenda. Peccatorum præteriorum medela,  
præsentium tutela, futurorum cautela. Ita N. P. Pinchon-  
rius orn. animæ lib. 3. cap. 1.*

**G** Rata precatores superis holocausta daturi,  
(a) Hæc tria, quæ mentis sunt alimenta, petant.  
Vulneribus, quæ corda necant, querenda medela est,  
Tutelæ præsens actio poscat opem;  
Provida post adsit pesti cautela futuræ :  
Hæc dux ad Triadem norma precantis erit.

(a) Debitum ordinatumq; modum orandi ab exemplo Christi glossa præfigit in illud Matth. 26. & oravit tertio eundem Sermonem. Tribus vicibus, inquit, oravit, ut & nos a præteritis peccatis veniam, & a præsentibus malis tutelam, & a futuris periculis caute-  
lam oremus. Ita dictus Pater L. cit.

### S Y M B O L U M 74.

*Tria decent Religiosum,*

*Pauca laqui, paucos habere familiares, multum orare. S. Bo-  
nau. in spec. disc.*

**Q** Uæ tribus obstrictum votis sit forma regendi  
A Bonaventura quæm bona norma venit?  
Pauca docet fari, paucisque sodalibus uti;  
Esse solent magni dama~~na~~ sodalitijs.

**Oran**